



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 271. Res propria emptoris an & qualiter eidem vendi possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

directè agere non possunt. *cit. l. 2. Lauterb. loc. cit. §. 17.* ubi tamen fiscus vendidit hæreditatem, emptor etiam invitus creditoribus hæreditariis & similibus respondere, & eorum actiones excipere tenetur. *l. 1. C. eod. Lauterb. l. c. qui etiam ibidem & §. 12. in fine* citans pro hoc *cit. l. 2. & Brunnem. ad cit. l. 1. num. 2. Struv. th. 77. Arumæ. Tulden. & aliis ait, id ipsum locum habere in ipso venditore privato ubi is defierit esse solvendo. Et si autem hæres venditor post venditionem creditoribus hæreditariis, legatarii &c. maneat obligatus, & illis respondere cogatur, cum onera hæreditatis maneat formaliter penes venditorem. *cit. l. 1. & 2. nisi, ut dictum, vendiderit eam fiscus. Si quid tamen dictis creditoribus præstitit, ab emptore actione ex vendito repetit *cit. l. 2. aut ab aliis conventus contra emptorem agit dicta actione, ut se contra illos creditores defendat. Lauterb. §. 13. unde etiam ab hæreditate deducit, vel ab emptore repetit legata, quæ ipse præstitit. *cit. l. 2. §. 3. item æs alienum, quod hæreditario solvit *ibid. §. 7. idque etiam, si illud verè debitum non fuit, modò sine dolo condemnatus ad solvendum solverit; secus, si non condemnatus solvit. *l. 2. §. 7. ff. de hered. & act. Lauterb. §. 12. item expensas, quas fecit in funus defuncti, cui successit, vel in ipsam hæreditatem aut res hæreditarias. *cit. l. 2. §. 7. II. & sequent. Lauterb. loc. cit. uti etiam, si venditor hæres in tradenda emptori hæreditate id, quod sibi à defuncto debebatur, non reintuit, poterit id ab emptore per conditionem indebiti repetere. *l. 45. ff. de condit. indeb. aut etiam eo nomine contra eum agere actione ex vendito. Lauterb. §. 12. in fine, quorum ratio est, quòd sicut venditor ex hæreditate vendita sine speciali exceptione nihil commodi retinet, ita quoque ab eo avertendum damnum ex hæreditate proveniens. *cit. l. 2. §. 9.*********

3. Quòd verò ulterius attinet ad effectum hæreditatis vendita respectu emptoris, juxta probabiliorem, (quam tenent Bartol. in *l. re conjuncti. ff. de legat. num. 26. Jason. in l. 2. C. de pactis num. 9. Salicet. in l. unic. C. quando non petent. partes. num. 15. Decius *ibid. in l. 2. lectur. num. 43. Guttier. in repet. cit. l. unic. num. 60. Gomez. l. 1. var. c. 10. num. 44. Cujac l. 12. obs. 3. Fachin. l. 10. controuv. c. 3. Vasquius de jur. accresc. l. 3. §. 21. num. 65. & alii apud Castrop. loc. cit. num. 6. his inherenterem. item Lauterb. l. c. §. 9. id verissimum dicens) jus accrescendi (dum; v. g. Titius simul cum Cajo institutus hæres à Sempronio partem suam vendidit; qua venditione facta, Cajo hæreditatem repudiavit aut alio modo defecit) regulariter non censetur venditum, sed est & manet apud venditorem Titium, & non transmittitur in emptorem. portio siquidem hæreditatis debita uni cohæredum, eo repudiante illam, aut aliter deficiente cedit alteri cohæredi, qui hæreditatem adiit. *l. 9. ff. de suis & legit. hered. l. 31. & §. 3. ff. de acquir. vel omitt. hered. ubi qui semel ex aliqua parte hæres existit, deficientium partes etiam invitus excipit &c. & sic semper jus accrescendi sequitur aduentem hæreditatem, idque, etiamsi ipse suam portionem aliis præstiterit seu cesserit. *l. 43. ff. ad SC. Trebell. jam verò parte hæreditatis vendita, licet venditor res & actiones, quæ ex portione vendita ad ipsum pervenerunt, cedere & tradere teneatur, ipse tamen est & manet hæres. *l. 4. §. fin. ff. si quis omitt. caus. res. & jus hæreditarium in alium transferre, emptore non habente portionem hæreditariam, sed*****

R. P. Leurr. Jur. Can. Lib. III.

res hæreditarias singulares tanquam emptas pro certo pretio. Lauterb. *cit. §. 9. & ex eo Muller. loc. cit. th. 70. Lit. §.* Ad hæc venditor eam tantum hæreditatis portionem vendidit, quam ipse tempore contractus additione quæsitam habuit, eaque tantum quæ huic portioni adherent, & quæ ex hac portione vendita tempore contractus ad eum pervenerunt, præstare tenetur. Et consequenter venditio & inde contracta obligatio, præscindendo à speciali legis alicujus constitutione & contrahentium intentione, ad ea, quæ post venditionem eidem ratione alterius partis hæreditatis obvenerunt, extendenda non erit. Castrop. Muller. *LL. cu. Lauterb. §. 10. ubi etiam addit, fore iniquissimum, venditorem, qui fortè sextam hæreditatis partem vendidit, pretiumque illius valori proportionatum accepit, postea cogi pro eodem pretio adhuc aliam & fortè longè majorem portionem, de qua contractus tempore non cogitavit, in emptorem transferre. Oppositum nihilominus, nimirum jus accrescendi transmitti in emptorem, quod probabile censet Castrop. Tenent apud illum Bartol. Villalob. Curtius Jun. Duaren, & plures alii apud Muller. *loc. cit. quorum argumenta proponit ac diluit Castrop. loc. cit. num. 7.**

4. Effectus verò primarius emptionis & venditionis hæreditatis respectu emptoris est, quòd licet is ex ea jus hæreditarium non consequatur, seu non fiat hæres & successor universalis Arg. *l. 2. C. de hered. & act. vend. Lauterb. loc. cit. §. 14* neque etiam exinde ante cerum hæreditariarum consequatur earum dominium. *l. qui tibi. & l. 6. C. eod. Donell. *ibid. num. 1. Perez. num. 5. Castrop. loc. cit. num. 4. sicut illud sine ea ex privilegio *L. cum hæredes. ff. de acquir. possess. & l. hæreditas. ff. de reg. jur. tranfit in hæredem, utpote universalem successorum; attamen vicem hæredis obtinet. *l. 2. §. 18. ff. de hered. & act. vend. & in effectu neque minus, neque plus juris habere debet, quàm apud hæredem futurum esset. *cit. l. 2. Lauterb. *cit. §. 14. siquidem venditorem sibi obligatum & adversus eum actionem habet ad omnes res hæreditarias & actiones cedendas. *cit. l. 2. §. 3. & 8. Donell. ad l. 4. C. eod. num. Lauterb. l. c. & §. 5.*******

Quæst. 271. Res propria emptoris an & qualiter eidem vendi possit?

R Esp. negativè. estque emptio & venditio illa ipso jure nulla, sive scienter, sive ignoranter facta. *l. cum res. l. sua ff. & l. mater. C. de contrab. empt. De Lugo. de f. & f. d. 26. f. 2. num. 18. Lauterb. *cit. cit. §. 22. cum rei, cujus dominium quis habet, dominus fieri amplius nequeat. ac proinde pretium, quod emptor ignorans solvit, repetit conditione indebiti; secus, si sciens solvit; cum tunc donasse præsumatur. Lauterb. loc. cit. competit quoque ei actio de dolo malo contra emptorem doli gnatum, ut idem cum Brunnem. *cent. 2. decis. 88. si autem res pro parte tantum fuerit emptoris propria, emptio pro ea tantum parte est nulla. *l. 18. ff. de contrahenda emption. Lauterb. loc. cit. Unde etiam validè quis emere poterit jus aliquod, quod alius in ejus re propria habet; v. g. usufructum. *l. 16. ff. cit. cit. aut etiam quod quis ad eam habet aut se habere prætendit. *l. 34. ff. & l. 4. C. eod. aut etiam possessionem illius penes alium existentem. *cit. l. 34. Brunnem. in l. cum res. num. 2. Perez. in C. cit. cit. num. 13.*******

X 2

Quæst.